



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 60. Agobardi obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

bus conciliabant, plus justo evehebant. Sæculum IX.  
A. C. 840.  
Talis fuit Imperator Ludovicus, hujus  
nominis inter Reges Francorum pri-  
mus, (\*) cui facilitas remittendi injurias  
cognomentum Pii peperit.

§. LX.

*Agobardi Obitus.*

Jam aliquo abhinc tempore Ludovicus Ado Chr. S.  
B. to. I.  
Imperator concesserat, ut Agobardus  
Lugdunensis & Bernardus Viennensis Se-  
des suas repeterent; hoc autem anno Bibl. Lap. p.  
293. Boll. to.  
p. 748. 6.  
Jun.  
ex Aquitania discedens reliquit ibi Ago-  
bardum, qui interea huic Regno præef-  
set. Verum Agobardus e vita excessit  
apud Xantones sexta Junii, quem ipsius  
Ecclesia Lugdunensis sub nomine S. Age-  
balbi honorat, & quia eum denuo  
apud Imperatorem gratia valuisse vi-  
demus, conjectura est, ipsum culpam  
seditionis, cujus conscius fuit, satis ex-  
piasse. Ceterum hanc culpam etiam  
Wala Abbas aliique viri exploratæ san-  
ctitatis admiserant, quam maxima Lu-  
dovici imbecillitas excusabat.

Præter Scripta, quorum mentionem  
fecimus, alia complura nobis Agobardus

Z 4 reli-

(\*) Nisi hoc nomen idem sit quod veteribus  
Francis Clodoveus.

Sæculum IX, reliquit; ea vero, quæ adversus Amala-  
A.C. 840. rium edidit, ultima fuisse videntur.

Amalario Ecclesiam Lugdunensem re-  
 prehendente, quod nova & aliena in can-  
 tum Ecclesiasticum introduxisset, Ago-  
 bardus eam defendit edito Tractatu, cui  
 Titulus: *de Divina Psalmodia.* Postea  
 Amalarii opus impugnavit alio libro pu-  
 blicæ lucis facto cum titulo: *de Cor-  
 ruptione Antiphonarii,* dicens non solum  
 errores sed etiam Hæreses inesse. Tan-  
 dem tertium quoque opus evulgavit,  
 Amalarium aperte aggressus, & com-  
 plura in Tractatu ejus de officiis Eccle-  
 siasticis vituperans. Hac vero Critica  
 non obstante posteritas Amalarii Scri-  
 pta plurimi fecit, nec dissimulandum est  
 multa in Agobardi Scriptis legi, quæ ani-  
 mum acriter commotum & præjudicio  
 occupatum produnt. Successorem in  
 Sede Lugdunensi habuit Amolonem ejus-  
 dem Ecclesiæ Diaconum, Die Dominica  
 decima sexta Januarii Episcopum  
 ordinatum.

